

Band II., Nr. 441, Seite 237

Herzog Welf beurkundet den von ihm und dem Kaiser Friederich I. vollzogenen Tausch genannter Güter zwischen dem Kloster Adelberg und der Kirche in Echterdingen.

Bergatreute, 1185.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Quicquid in tempore agitur, a memoria hominum facile labitur. Ideo salubriter previsum est, ut memoria rerum gestarum ad posterum per scripta prolongetur, ne suboriri controversiae possit occasio et fraudulenta annecti deceptio. Huius prospectu rationis ego Welfo pronunctio, qualiter facta sit inter claustrum Madelberk et ecclesiam in Hahtertingin^a presentibus et futuris hoc monumento transmittito. Ego enim per manum domini Friderici imperatoris claustrum Madelberk tradidi predium quod dicitur Odihnwäldiu cum agris, pratis, sylvis, decimis, mancipiis et cum omnibus eius pertinentiis integre et tam advocatae quam alio quolibet onere liberum et in nulla parte mutilatum; et eodem tenore ab ipso imperatore vicaria vice accepi ecclesiae in Ahtertingin duo predia in Canninstat et in Slihtunwilere et insuper XVII marcas in ecclesiae utilitates necessario expendendas. Et hoc factum est sciente et consentiente Hermanno, Constanciensi episcopo, et rogante Berhtoldo, eiusdem ecclesiae prelato. Quia igitur haec permutatio tam solenniter celebrata est, tam rationabiliter contracta et tam utilis utrique parti reputata est, ipsam subscriptione testium confirmatam et sigillo presentis paginae corroboratam memoriae posterorum transmittere curavi, quatenus nemo successorum eandem rescindere vel retractare possit vel presumat. Huius rei testes sunt: Philippus prepositus de Sindiluingin. Mangoldus de Otolfiswank. Ernest de Stüzelingin. Dieto de Rauinsburk. Henricus de Tungowe¹. Albertus Asinus. Cunrat de Ahtertingin et alii plures.

Actum est anno incarnati verbi MCLXXXV.^{b2}, indictione III., regnante Friderico imperatore, anno regni eius XXXIII. imperii vero eius XXX.

Datum Bergartirutin feliciter. Amen.

^aHinter diesem Wort sind entweder ungefähr die Worte *permutatio cuius memoriam* ausgefallen oder das Original las *pronunctio* statt *permutatio*.

^bStatt der arabischen Zahlen der Abschrift sind oben die römischen wieder hergestellt.

¹Unterthingau.

²Dem Königsjahr zufolge vor 1185 März 9.

II

Nach Gabelkover: *Miscellanea Historica*, Bd. 2, S. 370, einer Handschrift der WLB Stuttgart.

Unter der Abschrift steht die Bemerkung: *Sigillum Welfonis de Odin Waldiu. Eius circumscriptio habet: Welpho Dei gr(ati)a dux Spol(eti) march(io). Tusciae, princeps Sardiniae. Cataphractus est equo insidens dextra hastam gerens, sinistra clypeum darinn leo erectus saliens mit uffgeschlagnem Schwantz.* Dazu sind zwei herzförmige Schildchen gezeichnet. Das kleinere, unten gerundete, ist leer. In dem anderen, unten gespitzten, befindet sich der beschriebene, nach recht emporgerichtete Löwe.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

WLB Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

cod. hist. 8° 16b, 370

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 7

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bergatreute

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Altsteußlingen Wohnplatz (16761)

Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL

Bad Cannstatt Wohnplatz (7)

Bad Cannstatt, Stuttgart, S

Bergatreute Wohnplatz (19268)

Bergatreute, RV

Echterdingen Wohnplatz (512)

Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Oberwälden Wohnplatz (843)

Oberwälden, Wangen, GP

Otterswang Wohnplatz (17084)

IV

Otterswang, Bad Schussenried, BC

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Schlichten Wohnplatz (1567)

Schlichten, Schorndorf, WN

Sindelfingen Wohnplatz (211)

Sindelfingen, BB

Unterthingau, OAL